

IO ANNI HANGEST AEO NOVIODVNAEORVM PON-
tifici ac comiti Antonius Demochares Responſus Sorbonicus. S. P. D.

S mihi planè ingratus eſſe videtur, Ioannes præſulum decus, & virtutum ac literarum
Antifites, qui ſuppreſſa omni beneficiorum acceptorum ratione his, à quibus & eſſe &
I viuere accipit, beneuolentiæ nihil, nihilque ingenuitatis præſert. Nam æquum eſt val-
de, vbi quis ſoluendo eſſe nequit, vt facultatem non bonum animum ſibi deeſſe proteſte-
tur: ne ingratus, ſed miſer verius appareat. Grati enim eſt, cum mutuas meritorum vices
repèdere non valet, ingenue fateri libenterque, per quos profecerit, creditores agnoſcere. Id quod mihi
ſequèdū eſſe putauit, vt omnè ingratitudinis ſuſpicionè lōgè lateq; propulſarè, qua iuſtè inſamari poſſè,
ſi meos labores meaq; ſtudia tibi vni deberi diffiterer, cui ob multa ſimulq; ampla in me collata à te be-
neſicia, quibus viuo, & ſum id quod ſum: nō tantū mea omnia, ſed me ipſum debeo. Eam ob rē nūc meā
quantulacunque indiſtriā, quā in reſtituendis diui Anſelmi archiepiſcopi Cantuarienſis opusculis adhi-
bui, fideliffimā animi mei erga te beneuoli teſtem, debitā tibi offero: quæ vt locupletiora purgatoraq;
reſto & pulchro ordine te ſalutarent, & tādē te duce in lucē magno omnium vſu prodirent, quā plurima
veterū exēplaria, & manu ſcripta & typis excuſa, quorum lectiōe iuuari cōſidebā, ex variis bibliothecis
diligētèr collegi. Verū in his omnib; multa deprauata vel prætermiſſa, ſed multo plura integriſſimè, in-
iueni: id quod facilè reperiet ſtudioſus, præſertim ſi ea cū noſtris contulerit, quæ ad ſuā integritatē mag-
no & lōgo labore reſtituere conatus ſum: Eoq; libentius hac in re tædij plena, plenaq; moleſtiæ maio-
rem dedi operam, quod, quō mihi laborioſius erat ſtudium, eo abundantiorè literarum ſtudioſis frugem
videbam accreſcere. Nempe, qui vepribus erratorum, ac mendarum ſpinis exſtirpatis diligētiffimè, in-
offenſè campū hunc voluminū omnis doctrinæ ſanctioris floribus amœniſſimum ingrederētur, in quo
liberius curſerent, ac diuiniſ de rebus melius philoſopharentur. Inſuper in hoc repurgandi officio, vel
labore deſeſſum, vel tam ardui laboris deſperatione fraſtum, retinebat pius in tam ſanctum tamq; præ-
clarum authorè, nimirum in Diuino Anſelmum, affectus. Dolebam enim vehementer hūc, què omnes
vt venerari ita & imitari deberent, proſus neglectum iri: cuius monimenta tam inſignia, multumque
ad rectā hominū inſtitutionē conducētia, permiſſe videbā: cuius doctrina, quæ abſtruſas breuibus ac ſa-
nis rationib; noſtræ fidei quæſtiones diſſoluit, corruerat: Cui; ſanctiſſimi mores, qui in exēplū omnib;
Chriſtianiſ ad imitationem proponendi ſunt, ignorabantur: cuius ſanctimonia, quam omnes venerari
debent, negligebatur. Denique cuius labores, cuius epiſtolæ, cuius dogmata omnia diuinitatem quan-
dā ſpiratā, cuius nomen potiuſq; corpus ſepulta eſſe videbantur. Etenim ſicut deteſtādā eſt impietatis
deuotos à ſanctorū corporū reliquiis Chriſtianos arceret: ſic nō ferēdi ſunt, qui ſancta diuorū monimē-
ta torpore aut malitia perire ac pollui ſinunt. Verū debitæ pietatis eſt, venerādā ſanctorū corpora popu-
lo magna religioſe exhibere, & Chriſtiani animi ac bene de ſanctis meriti, cælicolarū libros è tenebris
reuocare, & reuocatos omnibus amplectēdos proponere: vt ex his homines cādidos mores diſcāt, ad vi-
tā incorruptā adhortētur, & doctrinā Chriſtianā imbibant. Proinde ſi magnificimus, id qđ iuſtè & reli-
gioſè facim; mortua tātū authoris, & ſanctorū omnium oſſa, aut reliquias, aut imagines, pio ac Chriſtiano
ritu ſanctè & affectuoſè excoluimus: Quāti eſtimare debemus, huius Diui operam in quibus verè nobis vi-
uit, loquitur, admonet, corripit, adhortatur, retrahit, cōſolatur, erigit, prædicat, cōſulit? Quādoquidē
in his firmam morū integritatē, & integram doctrinæ firmitatē, omnemque totius ſuæ vitæ ſanctimoniā
ad viuū expreſſit. Quis niſi impi; crudelis, ac in tātum authorè maleuolus, hæc ignib; diſſoluit, aut alio
quouis modo perire, aut cōtaminari deſiderabit? Quis niſi ſtudioſis omnibus, & reipublicæ grauiter in-
ſenſus, ac extremè inuid; hæc perpetuò ſupprimi cupiet, aut cū blattis & tineis miſerè ac crudeliter ri-
xari? Iuſtū ergo hunc eſſe laborè & magnā promereri gratiā, qui bona & pia volūtate erga Diuū Anſel-
mum, certè vt debito apud mortales honore fueretur, ſuſceptus eſt: quiuis, ſi modo Chriſtianè ſentiat,
merito affirmabit: què non ſolū hominibus vtilè, ſed & deo ac diuis omnibus gratū eſſe haud dubitet,
vt pote qđ ipſoſ hui; ſancti laborib; atq; vigiliis, p̄p̄modū emortuis lucē & vitā tribuit. Parū quidē po-
ſteris prodeſt quidpiā, quātūuis etiā ſingulare ac pulchrū diligētī ſtudio cōquirere, niſi habeatur qui cō-
quiſitū ab omni mortis iniuria conſeruet. Dicat mihi quæſo aliquis: Quid hic percelebris doctor ſuis
ſcriptis, quæ cōtinuis laboribus adinuenit nobis cōculit, quādiu illis caruimus? Quid ve amplius cōfe-
ret, ſi ad noſtrā memoriā nunquam perueniant. Peruenire autē nequeſt, niſi ſint qui ea promulgēt, & ab
obliuione hominū liberēt. Mirū in modum res eſt magni obſequij plena, qđ pulcherrima huius ſancti au-
thoris opera hæctenus tenebris obuoluta, in magnā lucē emittere, quod cōmuni rei publicæ commodo
conſulendū atque ſancti viri aquietendū voluntati, qui cūctos ſuo labore docere vehemētèr cupit, &
perpetuò ſuæ doctrinæ facere participes Libro enim cui titulū dedit: Exēplum meditandi de ratione fi-
dei, ſiue Monologion, erigit Chriſtiani mentem ad deū contemplandum: Libro autē, cui nomen dedit:
Fides querens intellectū, ſiue Proſologion, introducit Chriſtianum querentē intelligere ratione, quod
credit. Vt pote: quia deus eſt ſummum, nullo alio indigens, & quo indigent omnia, vt ſint, & bene ſint,
& quæcunque credimus de deo. Libro de incarnatione, diuinam erga nos gratiam demonſtrat, & ſum-
ma illa incarnationis filij dei myſteria. In priore quidem libro, qui inſcribitur: Cur deus homo, in-
fidelium obiectiones fidem Chriſtianam reſpicientium ſubminiſtrat. Hi enim putant fidem rationi